

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 12 (1856)

Artikel: Aelteste Urkunden des St. Lazarus Spitals zu Seedorf im Lande Uri : 1243-1518

Autor: Morel, Gall

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-110918>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 23.07.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

I.

Aelteste Urkunden

des

St. Lazarus Spitals zu Seedorf im Lande Uri.

1243 — 1518.

Mitgetheilt von P. Gall Morel.

Die folgenden Urkunden dieses ehemaligen Brüder- und Schwesternhauses, St. Augustinus-Ordens, einer jüngern Pflanzstätte des großen St. Lazarus Spitals der Aussätzigen zu Jerusalem, sind fast alle abschriftlich gesammelt in R. Chysats niedergeschriebenen, und am 16. Augstm. 1608 der Priorin (Anna Gummer) und Convent gewidmeten seedorfischen Historie, einem starken Foliobande von 300 überschriebenen Blättern, im Klosterarchive zu Seedorf, in welchem auch die Regel des Sifrit von Slatte (Geschichtsfreund IV. 119), das Todtenbuch (Fahrzeitbuch) von Seedorf, die älteste seedorfische Legende, und die Beschreibung der sonderbaren Vorfälle zu Anfang des siebenzehnten Jahrhunderts enthalten sind.

Die schon irgendwo gedruckten Briefe werden hier nur in kurzen Auszügen angeführt, die Un gedruckten aber folgen bis auf wenige Unbedeutende ganz aufgenommen. Einigen andern, die wir bloß aus Citaten kennen, ohne den Text gesehen zu haben, kann eben auch nur einfach gerufen werden.

Die Abschriften sind sorgfältig mit den Originalien, wo selbe noch vorhanden waren, verglichen worden, und ihr Kennzeichen ist durchweg der Verticalstrich am Schlusse einer jeden Linie der Urschrift.

1.

1243, vor 24 Herbstmonats. ¹⁾

Cum par sit fides testium et instrumentorum, caute agitur, si ea que probatione indigent, litteris alligantur. Notum ergo sit omnibus, | presentem paginam inspecturis, quod ego Berchtoldus miles dictus pincerna de Habsprch, et Adelheidis vxor mea, meique pveri, | quedam bona nostra in Vre fita, cum hominibus eiusdem bonis adtinentibus, consensu et voluntate domini nostri. R. Comitis de Habs- | pvrch, fratribus domus sancti Lazari in vra, contulimus omni iure quo potuimus, Warandiam eis si necesse fuerit et à nobis re- | quisierint, de prefatis bonis et hominibus prestituri. Preterea, si predicta bona a nobis prefatis fratribus rationabiliter collata, de Maiori iuris- | dictione alterius in eiusdem bonis obtenta, sepedicti fratres amiserint, Ego et vxor mea meique pveri, pro recompensatione eorumdem bo- | norum eis tenebimur respondere. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo domini nostri. R. Comitis de Habsprch roboratum | tibi duximus conferendvm. Datum et Actum Anno Domini M. CC. Quadragesimo. III. Indictione prima. |²⁾

Das Siegel Graf Rudolfs von Habsburg, des nachmaligen Röm. Königs, hängt daran. Im Bilde der auftauchende Löwe; von der Umschrift liest sich noch: t. Sigill. Rvdolfi. Com. . . . pvrch. La. . . . cie.

2.

Circa 1252. ³⁾

Memoria hominum multitudine temporum de facili non recordatur; transit enim, quod loquimur, manet, quod scribimus. Noverint tam presentes quam futuri presentem paginam inspectatari, quod Walterus de Briens cum uxore sua Idda et omnibus coheredibus suis preedium in Urania, vel in Hasle, vel in quocunque loco

¹⁾ Die Urkunde liegt im Familienarchiv der von Rollischen Eiben zu Alt-dorf, und war schon 1791 nicht mehr in Seedorf vorhanden. (R. Cysats Seedorfische Historie. Fol. 262.) Herr Archivar J. Schneller fand selbe dort am 13. Jänners 1846, und theilte sie mit.

²⁾ Abgedruckt bei Hergott, Geneal. Dom. Habsburg. II. 273, und im Auszuge bei Tschudi I. 138.

³⁾ Abschriften-Buch, Bl. 263.

situm, quod dominus Arnoldus Miles de Briens contulit Ecclesie Sti. Lazari ad manus fratrum ordinis sancti Lazari, liberè resignauit coram universitate Vallis in Hasel. Preterea, ut nec ipse nec posteri sui aliquem ad predictum preedium deinceps habeant respectum, presens scriptum munimine Sigilli P. ministri de Hasel fecimus roborari. Hujus rei testes sunt: C. viceplebanus in Hasel; Petrus minister; Petrus de Wolfoltingen; Petrus de Husen; Conradus de Willingen; Petrus de Megeringen; Burcardus de Wanzirwendi; Dominus Heinricus de Wilere.¹⁾

3.

1254, 7 Brachmonats.

Eberhardus Episcopus Constantiensis de novo consecrat ecclesiam in Seedorf, et diem dedicationis celebrandum assignat decimam Augusti. Dat. Swites, 7 Id. Junii. (Das Siegel fehlt.) Abgedruckt im Geschichtsfreunde der 5 Orte. I. 32.

4.

1255, 30 Jänners.

Alexandri IV. Bulla, qua fratres S. Lazari ad colligendas eleemosynas exeuntes, omnibus, praesertim vero ecclesiasticis personis commendat. Dat. Neapoli 3 Kl. febr. (Concordat omnino cum Bulla Urbani IV. de 12 Mart. 1262 mox afferenda.)

Bei Hergott, Nro. 527.

5.

1255, 22 März.

Idem Papa eosdem fratres S. Lazari aliis litteris commenda-
titiis munit. Dat. Neapoli 11 Kl. Apr.

Im Geschichtsfreund III. 229. ²⁾

¹⁾ Diese datumlose Urk. mag etwa in das Jahr 1252 gehören, weil ein P. Amman von Hasle auch in einer Urk. vom 17. Weinm. 1252 (Soloth. Wochenblatt 1829, S. 631) erscheint. Röpp (Gesch. d. eidg. Bd. II. 1. Abth. S. 248) vermutet, die Namen der Zeugen seien unrichtig geschrieben.

²⁾ Von diesem Briefe liegt noch eine deutsche Uebersetzung von der Hand des Lucern. Stadtschreibers Nicolaus Schulmeister aus dem Ende des vierzehnten Jahrhunderts vor.

6.

1255, 22 Aprils.

Alexander Episcopus Servus Seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, | Archipresbyteris, et aliarum Ecclesiarum Prelatis, ad quos litera iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis, et plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus Ecclesiastica censura dissoluitur, et canonice Sententie severitas eneruatur, | ut viri religiosi, et hi maxime, qui per sedis Apostolice privilegia majori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis in- | jurias sustineant et rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat, et pro favenda pauperum innocentia | se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti Filii, magister et fratres hospitalis Sancti Lazari leprosorum Jerosolomitani | ordinis S. Augustini, tam de frequentibus injuriis, quam de ipso cottidiano defectu justitie conquerentes, universitatem | vestram literis petierunt Apostolicis excitari, ut ita videlicet eos in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta | debeatis magnitudine consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent, et pressuris vestro possint presidio respirare. | Ideoque Universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, atque precipimus, quatenus illos, qui possessiones vel res seu domus predictorum | Fratrum, vel hominum suorum irreuerenter invaserint, aut ea injuste detinuerint, que predictis Fratribus ex testamento deceden- | tium relinquuntur, seu in Fratres ipsos, vel eorum aliquem contra Apostolice Sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presump- | serint promulgare, vel decimas laborum de terris habitis ante Concilium generale, quas ipsis manibus aut Sumptibus ex- | colunt, seu nutrimentis animalium suorum spretis Apostolice Sedis privilegiis extorquere, monitione premissa si laici fuerint, | publice candelis accensis singuli vestrum in diocesibus et Ecclesiis vestris excommunicationis Sententia percellatis; si vero Clerici, vel canonici | regulares, seu Monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspensatis, neutrum relaxaturi sententiam, | donec predictis fratribus plenarie satisfiant, et tam laici quam Clerici seculares, qui pro violenta manuum injectione in eosdem fratres | vel eorum aliquem

anathematis vinculo innodati cum Diœcesani Episcopi literis ad Sedem Apostolicam venientes, ab eodem vinculo | mereantur absolvi. Datum Neapoli X. Cal. Maji. Pontificatus nostri anno primo.

7.

Circa 1256.¹⁾

Universis presentes litteras insipientibus, frater Conradus Abbas et Conventus maris Stelle subscripte rei notitiam. Noverint, quos nosse necesse fuerit, prediolum in loco, qui dicitur an der grande situm, nos fratribus Sti Lazari in Seedorf constitutis pretio undecim librarum vendidisse omni jure possidendum, et plenam eis Warandiam, ubi necesse fuerit, promittimus et prebituros. Testes autem sunt hujus, Dominus R. de Tune, Conradus dictus Zant villicus in Burgilun, Rudolphus Niemirschin, Ulricus in der Gazzun. Hec autem Sigilli nostri appensione firmamus.²⁾

8.

1261, 16 Jänners.³⁾

In nomine Domini Amen. Judices Ecclesie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus salutem in Domino. Noverint universi, quod cum Rudolphus miles de Kussenach fratrem Hainricum procuratorem domus Hospitalis Sancti Lazari in Urania apud oberendorf et fratres ejusdem domus super quibusdam possessionibus sitis apud Oberendorf, quas dominus Joannes miles de Seedorf, dum viveret, possidebat, coram nobis traxisset in causam, iidem fratres porrecto libello proposuerunt in judicio constituti, quod dictas possessiones tanto tempore possedissent, pacifice et quiete cum eis, quas habebant jus possidendi in dictis possessionibus, quod continuato tempore una possessione cum reliquis legitima prescriptione forent tuli, quam prescriptionem offerebant se legitime probaturos. Dictus vero miles litem contestando diffitebatur hujusmodi prescriptionem adjiciens, quod etsi tempus possessionis ad completam pre-

¹⁾ Absch. B. Bl. 264.

²⁾ Conrad I. regiert 1227 bis 1256 als erster Abt von Wettingen. Daß nicht Conrad von Mülheim (1304 bis 1316) gemeint sei, erhellt aus den Zeugen.

³⁾ Absch. B. Bl. 262 b.

scriptionem probare possent fratres superius notati, interruptionem tamen ejusdem temporis posset et vellet legitimis testibus comprobare. Receptis igitur testibus juratis hinc et inde tam super exceptionem fratrum, quam super replicationem militis, aptisque attestacionibus et copia facta presentibus inspectis, quorum et allegationibus ab utraque parte porrectis, juris ordine in omnibus observato, diem partibus prefiximus feria sexta post Hylarii ad audiendam sententiam definitivam. Partibus igitur crastino die continuato cum feria precedente in nostra presentia constitutis, attestationibus, rationibus et allegationibus inspectis, habitoque juris consilio peritorum, quia invenimus, prelibatos fratres prescriptionem, quam alligabant, legitime probauisse, dicto milite suam replicationem minime comprobante. In nomine Patris et filii et Spiritus sancti Amen, sepe nominatos fratres predicte domus ab Impetitione Rudolphi militis superius nominati sententialiter duximus absolvendos; eidem militi super dictis possessionibus perpetuum silentium imponentes. In horum itaque testimonium predictas litteras fecimus conscribi, et sigillis nostri videlicet Prepositi Sti Stephani, et Curie Constantiensis, quo nos custos (ultimur?), presentibus roborari. Datum Constantie Anno Domini M. CC. LX. I. crastino antedicto.

9.

1262, 11 März.

Urbanus Episcopus Servus Servorum dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis, et dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, decanis, archi- | diaconis, Prepositis, archipresbyteris, et aliis Ecclesiarum Prelatis, ad quos littere iste peruererint, Salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turba- | tione didicimus, quod ita in plerisque partibus censura dissolvitur, et canonice Sententie seueritas eneruatur, ut viri religiosi, et hi maximè, qui | per sedis Apostolice priuilegia majore donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis injurias sustinent ac rapinas, dum vix invenitur, qui con- | grua illis protectione subveniat, et pro favenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Magister et Fratres | hospitalis Sancti Lazari Jerolosomitani leprosorum tām de frequentibus injuriis, quam de ipso quotidiano defectu justitie conquerentes, Universita- | tem vestram litteris petierunt Apostolicis

excitare, ut ita videlicet eos in tribulationibus suis contra malefatores eorum prompta debeat magna- | te consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent, et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque Universitati vestre per apostolica Scripta mandamus, | atque precipimus, quatenus illos, qui possessiones vel res, seù domos predictorum fratrum, vel hominum suorum irreuerenter invaserint, aut ea injuste detinuerint, que | predictis Fratribus ex testamento decedentium relinquuntur, seu in ipsos fratres, vel ipsorum aliquem contra Apostolice Sedis Indulta sententiam excommunicationis aut inter- | dicti presumpserint promulgare, vel decimas laborum de terris habitis ante concilium generale, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, | seu nutrimentis animalium suorum spretis apostolice Sedis priuilegiis extorquere; si de his manifeste vobis constiterit, canonicâ monitione premissâ, si laici fuerint, publice candelis accensis singuli vestrum in diœcesibus et Ecclesiis vestris excommunicationis Sententia procellatis, si verò Clerici, vel Canonici regula- | res, sive monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficiis suspendatis, neutram relaxaturi Sententiam, donec predictis fratribus plenariè satisfiant, et tam laici quam Clerici Seculares, qui pro violenta manuum injectione in fratres eosdem, vel ipsorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati, | cum diœsesani Episcopi litteris ad Sedem apostolicam venientes, ab eodem vinculo mereantur absolviri. Datum Viterbii V. Idus Martii, Pontificatus nostri anno Primo.

10.

1262, 12 März.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis, et dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, archidiaconis, Prepositis et aliis Ecclesiarum Prelatis, ad quos litere iste | peruerenter salutem et apostolicam Benedictionem. Cum dilectis filiis fratribus hospitalis Sancti Lazari leprosorum Jerosolymitani felicis recordationis Innocentius et Alexander predecessores nostri romani pontifices duxerint indulgen- | dum, ut semel in anno recipientur in Ecclesiis ad eleemosinas colligendas, quidam vestrū avaritie ardore succensi confratrias suas confratrie illorum eodem die in ipsorum adventu proponunt, et sic fratres ipsi confusi, aut nihil exinde | aut modicum conse-

quuntur. Quia igitur hoc indecens est, et in contemptum Dei et Ecclesie romane redundat, universitati vestre ad instar Predecessorum ipsorum per Apostolica Scripta mandamus, atque precipimus, quatenus cum fratres ipsi | ad loca vestra pro eleemosynis accesserint colligendis, benigne recipientes eosdem et honeste tractantes ipsis in Ecclesiis suis ammonere populum, et eleemosynas libere querere permittatis, confratrias vestras, quas facere potestis cottidie, ipsorum | confratribus, que semel in anno fiunt, nullatenus preponentes, ne occasione illarum eleemosyne pauperum Christi depeant, et impediantur opera pietatis. De parochianis autem vestris, qui domos illorum invadunt per violentiam vel infringunt, aut | indebitis molestiis opprimunt fratres ipsos, et tam deposita quam res diripiunt eorundem; cum exinde querimoniam deposuerint coram vobis, tam districtam eis justitiam faciatis, et ita jura eorum defendere ac manuteneare curetis, quod | ipsi ad nos pro defectu justitiae sepe recurrere non cogantur, sed nos sollicitudinem et obedientiam vestram debeamus meritò commendare, vosque beneficiorum, que in sancta domo illa fient, participes existatis. Preterea liberas et absolutas | personas, que se domui eorum in sanitate vel in infirmitate reddiderint, libere ac sine molestia recipi permittatis ab eis, nec ipsos super hoc temptetis aliquatenus impedire. Illud autem non mediocriter movet nos, nec modicum ecclesiastice derogat | honestati, quod quidam vestrum contra institutionem Sanctorum Patrum in Turonensi Concilio ¹⁾ editam fratum ipsorum corpora, cum decedunt, nolunt sine pretio sepelire; Unde, quia tam prava exactio et iniqua non est aliquatenus tolleranda, in obedi- | entie Vobis virtute precipimus, ut nullo modo a fratribus ipsis vel aliis pro sepultura quidquam exigere vel accipere, nisi quod spontanea decedentium liberalitas, vel parentum devotio vobis contulerit, attemptetis, sed absque ullo pretio sepe- | liatis corpora mortuorum. Et si quis hoc ulterius attemptaverit, taliter animadvertis in eum, quod amplius similia non presumat. Ad hoc presentium vobis auctoritate precipimus, ne ab eis contra tenorem privilegiorum Sedis | apostolice de nutrimentis animalium suorum, sive de ipsis animalibus decimas exigere presumatis. Cum autem Oratoria vel cimiteria secundum quod eis est beneficio priuilegio-

¹⁾ Anno 1055 sub Victore 2do PP.

rum ecclesie romane concessum, duxerint consecran- | da, vos fratres Archiepiscopi et Episcopi eis pro se ac familia sua tantum oratoria dedicare, et cimiteria benedicere procuretis; nec aliquis vestrum contra tenorem priuilegiorum ipsorum id impedire valeat aliquatenus vel turbare. De cetero | quoque fratres hospitalis predicti in Vestris Episcopatibus constitutos, qui crucem et suum habitum deponentes ¹⁾ per illecebras Seculi et vitiorum abrupta vagantur, et illos etiam, qui prioribus suis contumaces et rebelles existunt, et baliuas detinent | contra voluntates ipsorum, moneatis instanter, et pro vestri officii debito compellatis, ut habitum depositum resumentes in obedientia Prelatorum suorum devote et humiliter perseverent, et baliuas sive alia officia per violentiam nullo modo detinere presumant. Quicunque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores, excommunicationis eos sententia percellatis, quam faciatis usque ad Satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Preterea quicunque de facultatibus sibi collatis | a Deo congrue fratribus subvenerint memoratis, et in tam sancta Fraternitate statuerint se collegas, eisque beneficia persoluerint annuatim, eis de Beatorum Petri et Pauli auctoritate confisi, dummodo de peccatis suis uere contriti fuerint | confessi, septimam partem injuncte penitentie relaxamus. Apostolica quoque auctoritate ob reuerentiam ipsius hospitalis statuimus, ut his, qui eorum fraternitatem assumpserint, si forsitan Ecclesie, ad quas pertinent, a divinis fuerint officiis | interdicte, ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati vel nominatim interdicti fuerint, vel etiam publice usurarii, sepultura ecclesiastica (pretermissa tamen in hoc solemnitate solitâ) non negetur. Volumus autem, ut liceat eis Confratres | suos, quos Ecclesiarum Prelati apud Ecclesias suas malitiose non permiserint sepeliri, nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publice usurarii, tumulandos ad Ecclesias hospitalis ipsius deferre, et oblationes tam pro eis, quam | pro aliis, qui in eorum cimiteriis requiescunt, exhibitas sine juris alieni prejudicio retinere. Hoc etiam addito, ut receptores frateritatis ejusdem, seu etiam collectarum, saluo jure dominorum suorum sub

¹⁾ Nach den Statuten (Geschichtsfreund IV. 138) trugen die Ordensgenossen beiderlei Geschlechts ein grünes Kreuz auf ihrem schwarzen Gewande. Ueber die Farbe des Kreuzes, vergl. a. a. D. S. 142.

Beati Petri et nostra protectione con- | sistant. Addimus insuper, ut si qui eorundem Fratrum, qui ad easdem fraternitates missi fuerint, vel collectas in quamlibet civitatem, castellum, vel domum advenerint, si forte locus ipse a divinis fuerit officiis interdictus, | in eorum jocundo adventu semel aperiantur ecclesie annuatim, et excommunicatis, et nominatim interdictis exclusis, divina ibi officia celebrentur, salva in omnibus supradictis declaratione Concilii generalis. Ad majorem quoque vestre | mercedis cumulum, nihilominus vobis mandando precipimus, quatenus hanc eorundem predecessorum constitutionem et nostram per parochias vestras nuntiari propriis litteris faciatis. Mandamus etiam, ut si qui de clericis ecclesiarum | vestrarum prefati hospitalis fratibus cum licentia Prelati ac Capituli sui sponte ac gratis per annum vel biennium decreuerint deseruire, nequaquam impediantur, et interim sua beneficia non amittant. Datum Viterbii | IV. Idus Martii, Pontificatus nostri Anno Primo.¹⁾

Das Siegel hängt.

11.

1262, 1 Wintern. ²⁾

Urbanus Episcopus Sersus Servorum Dei. Dilectis in Christo filiis magistro et Fratribus hospitalis leprosorum ordinis militie Sancti Lazari Jerolosomitani salutem et apostolicam Benedictionem. Circa Prelaturam Jerosolomitanarum Ecclesiarum, de qua benignitas Conditoris omnium, prout dignanter sibi complacuit, nos licet immeritos ad apostolice dignitatis fastigium evocavit, illa de causa potissime affectum gerimus specialem, quia Deus et Re-

¹⁾ Diesem Briefe, welcher auch der Urschrift der Regel des Giffrit von Elatt angehängt ist, gehen folgende Worte voran: „Sanctissimo Patri ac Dno Gregorio Decimo sacrosante sedis Romane Summo Pontifici. Abbas de Capella ordinis cysterciensis, Abbas montis Angelorum ordinis S. Benedicti, prepositus Lucernensis ejusdem ordinis, Prepositus Interiacensis ordinis S. Augustini, Prior fratrum predicatorum in Thurego, Gardinus fratrum Minorum Lucernensis, devota pedum oscula beatorum Sanctitati vestre tenore presentium humiliter insinuamus, quod nos vidimus occulata fide literas Domini Urbani felicis memorie predecessoris vestri pape quarti incancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui viciatas, continentis in hec verba: Vrbanus Eps. etc. ut supra.“

²⁾ Absch. B. VI. 190.

demptor noster Jesus Christus eam sua corporali presentia insignem reddidit, et conservatam suo pretioso sanguine venerandam Universitati fidelium stabiliuit. Ex hujusmodi enim affectionis nostre sinceritate procedit, quod non solum ipsius Ecclesie jura in suo robore cupimus conservare, sed etiam attollendis ejus honoribus, et perfectionibus ampliandis insistere jugiter affectamus. Sane hostibus catolice fidei et persecutoribus nominis christiani

Saracenis ciuitatem Jerusalem, cunctis mundi provinciis digniorem, terribili Dei judicio detinentibus occupatam, vos et quam plures alie religiose persone ciuitatis ejusdem Ecclesie prefate subjecte in ciuitate Aveniensi cogimini . . . commorari, quosque Regis eterni benignitas juxta suorum pia vota fidelium clementes super hoc duxerit prouidendum. Ne itaque vos ipsius Ecclesie filii speciales interim hominum afflicti molestiis, vel turbati calumniis occasionem aliquam tepescendi circa divini cultus studium habeatis, sed eo major delectatio in eo vobis perveniat, quo per apostolice Sedis auxilium obtinebit vestra devotio status tranquilli et liberi fulcimentum, nos vestris precibus inclinati, hospitale vestrum Sancti Lazari Aveniense, in quo ad presens degitis, et omnia ipsius membra externa, in quibuscumque partibus transmarinis et nostris, ab omni jurisdictione, potestate et dominio Archiepiscoporum et Episcoporum omnium, et specialiter Episcopi Aveniensis, in quorum prouinciis et diocesibus partium predictarum hujusmodi vestrum hospitale et membra ipsa consistunt, et aliorum quorumlibet Prelatorum seu Capitulorum tam Cathedralium quam aliarum Ecclesiarum, et omnium Ecclesiasticarum personarum totaliter et perpetuo auctoritate apostolica eximus. Statuentes, ut hospitale et membra predicta in spiritualibus et temporalibus soli Jerosolomitane Ecclesie, et nulli alii sint subjecta; ita quod nec dicti Archiepiscopi et Episcopi seu prelati, capitula, ecclesiasticeque persone, nisi tantum Patriarcha Jerosolomitane Ecclesie, qui pro tempore fuerit, hospitale et membra ipsa, utpote ab illorum jurisdictione presentibus exempta, vel vos aut personas Domino seruientes in illis, et in posterum seruitas, communiter vel divisim interdicere, suspendere, vel excommunicare valeant; aut alias quocunque modo in vos aut hospitale, membraque et personas eorum potestatem vel jurisdictionem aliaque exercere. Nos enim, si secus presumptum fuerit, decer-

nimus irritum et inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre exemptionis et constitutionis infringere, vel ausū temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum apud veterem urbem,¹⁾ Cal. Novembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

12.

1264, 30 Aprils.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Cantori, Scholastico et Magistro Henrico de Hegendorf Canonicō Basiliensi salutem et apostolicam Benedictionem. Sua nobis dilecti Filii magister et Fratres domus Sancti Lazari Jerosolomitani in Urania petitione monstra uerunt, quod cum Rudolphus de Kussenacht miles Constantiensis diœcesis ipsos super quibusdam possessionibus coram Preposito S. Stephani et custode Constantiensi auctoritate Venerabilis fratris nostri Constantiensis Episcopi traxisset, in eam Prepositus et Custos pre dicti cognitis ipsius cause meritis, et juris ordine obseruato definitivam pro eisdem magistro et Fratribus sententiam promulgarunt, a qua idem miles ad Venerabilem fratrem nostrum Maguntinum archiepiscopum se asserens appellasse, causam appellationis sue Pre posito et Cantori Ecclesie Turicensi ejusdem Diœcesis obtinuit ab Archiepiscopo predicto committi; a quibus dicti Magistri et Fratres ex eo sentientes indebite se gravari, quod ipsos ad locum citantes non tantum, ad quem secure accedere non poterant, alium contra iustitiam denegabant assignare securum, humiliter requisiti ad nostram duxerunt audientiam appellandum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, quidquid preter appellationem hujusmodi inueneritis temere attemptatum in causa ipsa, appellatione remota, ratione previa procedatis juxta priorum continentiam litterarum. Alioquin partes ad Priorum judicium remittatis examen, appellantes in expensis legitimis condemnando. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram Ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testi-

¹⁾ Orvieto.

monium perhibere. Quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, | duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum apud urbem veterem, Secundo Calendas Maji, | Pontificatus nostri anno tertio.

Das Sigill. plumb. hängt.

13.

1264, 30 Aprils.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Preposito Ecclesie S. Leonardi Basiliensis Salutem et apostolicam Benedictionem. Per- | venit ad audientiam nostram, quod tam dilecti filii Magister et fratres domus hospitalis S. Lazari in Alamania ordinis | S. Augustini, quam Successores eorum terras, redditus, possessiones, vineas, et quedam alia bona ipsius hospitalis datis| super hoc litteris, factis renuntiationibus, penis adjectis, nec non interpositis juramentis, nonnullis Clericis et laicis aliquibus | eorum ad vitam, quibus vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, in | enormem lesionem hospitalis predicti, quorum aliqui super his litteras Confirmationis in forma Communi a Sede apostolica impetrasse | dicuntur. Quare dicti Magister et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut super hoc eis prouidere benignitate apostolica | curaremus. Quo circa discretioni tue per apostolica Scripta mandamus, quatenus ea, que de bonis hospitalis ipsius | per concessiones hujusmodi alienata inveneris illicite, vel distracta, non obstantibus litteris, penis, juramentis, renun- | tiationibus, et confirmationibus supradictis, ad ius et proprietatem hospitalis predicti studeas legitime reuocare: Contra- | dictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore| subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas ve- ritati testimonium perhibere. Datum apud urbem Veterem | ij Calendas Maji. Pontificatus nostri anno tertio.

Das Siegel hängt.

14.

1270, 4 Weinm. ¹⁾

Pateat universis, quod Ego Philippus advocatus de Briens bona quondam Domini Arnoldi militis de Briens, ²⁾ a domo et fratribus S. Lazari in Urania per viginti marcas legitimo venditionis titulo comparaui; promittensque bona fide, me soluturum fratribus predictis argentum jam dictum certis terminis, datis ad hoc fide jussoribus Domino Volrico milite Villico de Küssnach, Noggero de littowa, Arnoldo uf der Mura, et Volrico de Ohernowe sponte se obligantibus, quod me cessante se recipient in obstagium usque ad solutionis effectum debitum permansuris. Tenore presentium me obligando ad non petendum deinceps per me seu per meos successores exhibitionem Warandie a fratribus supradictis, aut eorum successoribus, sed ipsis ab ea totaliter in posterum absolutis. In cuius testimonium presens instrumentum Sigillis discreti Viri Heinrichi Decani et incurati Lucernensis et meo existit roboratum. Datum anno Domini M. CC. LXX. IV. Nonas Octobris. Ind. XIII.

Am 13 Aprils 1272 ist Volbertus Komthur der Häuser in Slatten, Venne et Vrah, und besiegelt einen Interlacherbrief. (Staatsarchiv Bern.) Dieses Siegel hängt besser erhalten, als an einem Andern daselbst vom 24 Wintern. 1273. Es zeigt im Bilde das Kreuz von Jerusalem, mit der Umschrift: .. Commendatoris. Dom. Sci. Lazari. i. Slatten. Venne. Z Vrah. (Siehe artistische Beilage Tab. II. No. 1.) Unter den Zeugen, welche mit ihm ihr Insiegel anlegen, befinden sich der Guardian der Minderbrüder in Lucern (im Bilde der hl. Ordensvater Franziscus), der Decan und Leutpriester Heinrich daselbst (der enthauptete Bischof Leodegar), und der Leutpriester Kunrad in Hasle. (Der hl. Michael mit dem Drachen.)

15.

1274, 4 Augustmonats.

Rudolfus Electus Constantiensis exemplum Bullæ Alexandri IV. de 30 Jan. 1255. fratribus ordinis S. Lazari communicat. Dat. Constantie 2 Non. Aug. Ind. 2.

Hergott (No. 527) bringt die Formel des Widimus, nicht aber die Bulle selbst. (Vergl. oben No. 4.) Kopp (II. 1. 246) gibt die Jahrzahl 1274, entgegen Hergotts Meinung, welcher das J. 1273 ansetzt.

Das Siegel hängt.

¹⁾ Absch. B. Bl. 263. b.

²⁾ Der Stifter Arnold ist also tot. Vergl. oben No. 2, wo er noch am Leben ist.

16.

1276.

Der Freie Wernher von Uttinghusen schenkt und verkauft, mit Einwilligung seines Weibes und seiner Söhne Wernher und Diethelm, für 20 fl. dem Meister und Convente der Lazaritenbrüder in Seedorf einen Knecht Kunrad de Vorutta, genannt Engilge, et pueros ejusdem, cum omni possessione sua. Dat. Vranie.

Bei Tschudi (S. 185 a) latein und teutsch. — Die Urkunde selbst ist verloren.

17.

1283, 27 Heumonats.

Johannes Lethoviensis Episcopus, cum esset Suffrag. Constant., dedicationem ecclesie S. Lazari in Seedorf in festum inventionis S. Crucis transfert. Dat. in Altdorf crastino B. martyr. Joh. et Pauli. (Siehe oben No. 3.)

Abgedruckt im Geschichtsfreund VIII. 257.

17 a.

1287, 8 Mai.

Ritter Rudolf von Schauensee bestimmt und vergabt vor seiner Pilgerfahrt nach St. Jost den Frauen von St. Lazarus zu Seedorf das Rubengut zu Bürgeln, welches 9 fl. gilt. Dat. ze Lucerne an dem Donrstag vor der vßvart vnsers Herren. Ind. 15. (Hier wird der Schwester das Erstmal meines Wissens urkundlich Erwähnung gethan, und im Eingange des 14 Jahrh. verschwinden dann die St. Lazarus Brüder für Seedorf, namentlich in den Urkunden, allmählig.)

Abgedruckt im Geschichtsfreund II. 75.

18.

1289, 28 Jänners.

Als Abtissin Elisabeth von Zürich Klage führte, daß sie an dem Zehnten der Pfarrkirche Altdorf widerrechtlich durch die Lazarusbrüder in Uri geirrt werde, gaben dieselben ihrem Meister Arnold Bossmacht zur Bestehung des Streites. Dat. In domo nostra predicta S. Lazari Vallis Vranie, 5 Kl. Febr. Ind. 2.

Abgedruckt im Geschichtsfreund. VIII. 26.

Das Siegel, welches an diesem Briefe hängt, ist das älteste bekannte unsers Lazariter-Hauses in Uri (als Solches allein). Es hat im Gilde den hl. Bischof Lazarus, der das Jerusalemer-Kreuz auf der Brust trägt. Die Umschrift liest sich: † S. Domvs Frm. Sci. Lazari. In. Vrania. (Siehe artistische Beil. Tab. II. No. 2.) Dieses Siegel ist bereits zweien Interlacher-Briefen vom 24 Winterm. 1273 und 17 Jän. 1282 (Staatsarchiv Bern) angelegt, wo in der letztern Urkunde der Meister des Urnerhauses, welcher damit siegelt, Walther genannt wird. Einer der Mitsiegler ist der Leutpriester (später Chorherr) am großen Münster zu Zürich, Welcho. Er führt im Siegelmilde einen Priester, der am Altare steht und opfert. (Urk. 24 Winterm. 1273.)

19.

1289, 7 Hornungs.

Die Abtei Zürich und der Comenthur Arnold in Uri erlären, sie haben die Chorherren Jacob von S. Peter und Heinrich Manesse als Schiedrichter erwählt in dem erwähnten Streit über einen Zehnten in Uri, den der Comenthur bezog, die Abtissin aber für sich ansprach. Arnold beruft sich auf einen Schluß des Concils vom Lateran (1215 unter Innocenz III.) „Item de possesionibus habitis ante concilium Latteranense, quas nostris manibus et sumtibus colimus, nego nos decimas solvere debere, cum super his simus a sede apostolica privilegiati.“ Die Schiedrichter setzen einen Termin, um die Partheien eidlich zu vernehmen.
Dat. Thureg. 7 Id. febr. Ind. 2.

Abgedruckt *Geschichtsfreund*. VIII. 27.

20.

1290, 4 Jänners.

Nicolaus Episcopus Servus Seruorum Dei. Dilecto Filio Abbati monasterii de Sancto Truperto, Constantiensis | Diœcesis, Salutem et apostolicam Benedictionem. ¹⁾ Dilectorum filiorum magistri et Fratrum domus Sancti Lazari Jerosolomitani in | Urania constantiensis diœcesis precibus inclinati, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bo- | nis ad domum ipsam spectantibus alienata inveneris illicet, vel distracta, ad jus et proprietatem ejusdem | domus studeas legitimè reuocare, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita com- | pescendo.

¹⁾ Der damalige Abt hieß Wernher, und regierte seit 1288.

Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione | cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud S. Mariam majorem | II. Nonas Januarii. Pontificatus nostri anno secundo. |

Das Bleisiegel hängt.

21.

1292, 2 Herbstm.

Bischof Heinrich von Constanz beglaubiget die Bulle Papsts Urban IV. vom 11 März 1262. Dat. 4 Non. Sept. Ind. 8. (Siehe oben zu diesem Jahre.)

Das Siegel hängt.

22.

1293, 9 Augstn.

Der obige Bischof vidimiert die Bulle Alexanders IV. vom 22 Aprils 1255. Dat. Wezzincon 5 Id. Aug. Ind. 6. (Siehe oben bei diesem Jahre.)

Das Siegel hängt, mit der Umschrift electus et confirmatus.

23.

1295, 1 Herbstm.

Derselbe beglaubiget die päpstliche Bulle vom 12 März 1262. (Siehe oben S. 7.) Dat. 5 Non. Sept.

Das Siegel hängt.

24.

1296, 15 Heum.

Der Comthur Br. Berchtold und die Brüder zu Oberndorf urkunden, daß Kunrad der Stuhlfäzze und dessen Frau Hemma so mit ihm sich vertragen hätten, daß sie dem Kloster 4 Pfenninge von ihrem Gut geben, nebst andern Uebereinkunfts punkten. Dat. ze Oberndorf in der Brüdern Hofe, an Sant Margrethen Tag ze Vespere.

Es siegeln der freie Diethelm von Attinghusen (Schweinsberg), Ritter, und das Lazariterhaus.

Gedruckt bei Tschudi (I. 213 b.), wo unter den Zeugen mehrere Ordensbrüder genannt werden. — Das Original ist verloren.

25.

1313.

Henricus VII. Imperator, Fratribus S. Lazari (ubi?) donat Ecclesiam suam in Meiringen, sitam in terminis Burgundie, in loco qui dicitur Haslithal.

So bemerkt A. L. Watteville Hist. de la Conf. Helv. Berne 1768. 8, (Tom. I. lib. 1. p. 26. Note.)

26.

1314 — 1321.

Br. Sigfrid v. Slatt, Comthur, schreibt die Regel für die Lazaritenhäuser in der Schweiz.

Theilweise gedruckt in Langs histor. Grundriß; (I. 766) vollständig nach der Urschrift im Geschichtsfrd. IV. 119 — 158.¹⁾

27.

1319, 11 Mai.²⁾

Joannes Episcopus Servus Seruorum Dei. Venerabilibus Archiepiscopis, Episcopis et dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Diaconis, archidiaconis et aliis Ecclesiarum Prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam Benedictionem. Cum dilecti filii Magistri et fratres hospitalis militie sancti Lazari Jerosolomitani nullum habeant Episcopum vel Prelatum supra se, preter Romanum Pontificem, et speciali gaudeant prerogativa libertatis; non decet vos in eos, vel Clericos, aut Ecclesias eorum, in quibus potestatem Ecclesiasticam non habetis, absque mandato nostro excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare, suam . . . si quandòque vos vel Subditos vestros idem magister et Fratres injustè grauauerint; per vos, aut per nuncios vestros id Romano Pontifici nunciare debetis, ac per ipsum de memoratis Magistro et fratribus justitiam obtainere. Inde est, quod Universitati vestre per apostolica Scripta mandamus, quatenus in predictos magistrum et

¹⁾ Br. Sigfrid ist schon Comthur in Schlatt am 17. Jän. 1282, (Staatsarchiv Bern) und Provinzialcomthur der Häuser im Schlatt, Gfenn, und Uri. (Oberdorf) Urk. 12. Mai 1287, 17. Wintern. 1290, und 28. Mai 1310. (Neugart II. 320. und Spanweidbriefe in Zürich.)

²⁾ Absch. B. Bl. 194.

Bischof Otto von Constanz beglaubiget den Brief Urbans IV. vom 12 März 1262, und schließt, wie folgt: *Quibus quidem literis apostolicis sic nobis porrectis, quia per dictos fratres et sorores humili voto interpellati, et prece eorundem libentius convicti ipsorum necessitati, ut in vita commodius sustentari, et altissimo Deo in cœnobio debitum reddere valeant successive famulatum, gratiosius consulendum, quelibet et singula dictis apostolicis in literis contenta, dictoque ordini et domibus ejusdem a S. sede apostolica et summis pontificibus memoratis maturius concessa, elargita, et indulta lato favoris brachio hec amplectenda ordinamus, et nostra auctoritate tenore presentium admittenda duximus, approbanda, auctorizanda et confirmando, hecque admittimus, approbamus, et presenti scripto confirmamus; fabrice tamen Ecclesie nostre Con-*

¹⁾ Den Gegenbrief der Meisterin und des Hauses zu Oberndorf, St. Lazarus Ordens, dat. 20 Brachm. 1404, bringt der Geschrfrd. VIII. 84. An diesem Briefe hängt auch das schöne Siegel des Convents, mit der Umschrift: *† S. Conventvs: Ordinis: Sci. Lazari: In: Varania.* (s. artistische Beilage, Tab. II. №. 3)

stantiensis, ac sancti Spiritus, sanctorum Antonii et Bernardi petitoribus per hec nullatenus volumus | derogari; et ut fideles Christi dictis fratribus et monialibus Domus in Seedorf libentius manus porrigant adjutrices, Nos de omnipotentis Dei misericordia, beatorumque Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere peniten- | tibus, et confessis, qui predictis fratribus, et sororibus eleemosynas suas fuerint elargiti, preter indulgentias s. Apostolice predictas, per nos nunc approbatas et admissas, etiam quadraginta dies criminalium, et unum annum venialium | peccatorum de injunctis eis penitentiis in Domino misericordiarum elargimur. Et in premissorum omnium robur perpetuum presentes literas sigilli nostri fecimus appensione communiri. Datum in oppido nostro Clingnow anno domini | M. cccc. xii. vii. Cal. Novembris. Indictione quinta.

Das kleine bishöfliche Siegel hängt.

48.

1413, 8 Christmonats. ¹⁾

Universis presentes litteras inspecturis, Frater Petrus de Ruaux miles humilis, Magister generalis totius ordinis militie sancti Lazari Jerosolimitani citra et ultra mare, dilectis nostris magistrabus et sororibus domorum sive | monasteriorum nostrorum in Gevenne et in Sedorff, Constantiensis diocesis, Salutem et dilectionem. In eo, qui pro redemptione generis humani Jerosolimis voluit crucifigi, notum facimus, quod nos cupientes monasteriis et domibus, et locis nobis subditis providere, prout nostro incumbit | officio, de personis ydoneis et sufficientibus, ut ipse Salvator noster Jesus Christus ibidem et per easdem personas digne et laudabiliter colatur, honoretur et deserviatur, et ut propter nostram negligentiam sanguis ipsarum a nobis non exigatur; sane cum loca sive domus nostre de Gevenne | et de Seedorf superius nominate obstante pestifero, Scismate et Guerrarum voragine, que nostris, ut pie credimus, exigentibus peccatis, diu, proh dolor! tam in Almania, quam in regno Francie, quin ymo in tota christianitate diu viguerunt, preceptoribus seu Provisoribus | caruerunt, tam propter premissa, quam etiam propter viarum pericula et longitudinem itineris, ad que loca

¹⁾ Mitgetheilt von Herrn Archivar J. Schneller.

comode neque tuto accedere non ausi fuimus, neque potuimus, propterea quod dicte domus sive monasteria gravia et magna dampna sustinuerunt, prout adhuc sustinent ob | premissa. Nam ut ait sacra scriptura, capite percusso dispergentur oves gregis, et Ecclesia viduata pastore disperguntur bona ipsius. Ea propter nos predictis domibus religiosisque ac locis providere cupientes, ut tene-
mur, vobis magistrabus et sororibus dictorum domorum | sive loco-
rum de Gevenne et de Sedorff dicte Constantiensis diocesis tenore presentinm damus in mandatis, et sub pena inobedientie precipimus, quatenus aliquem bonum et ydoneum Presbyterum in etate tamen matura constitutum, vita et moribus commendatum, bonumque ac fidelem, | prout deus vobis ministrabit, nostro nomine et pro nobis in fratrem et religiosum dicti nostri ordinis et domorum predicta-
rum eligatis, suscipiatis et recipiatis vestesque ac crucem viridem in palio nigro juxta et secundum regulas, constitutiones ordinis nostri sibi tradatis et | induatis; quoque vota et juramenta, utpote chastitatis, paupertatis et obedientie, secundum quod solitum est fieri in ordine nostro, ab ipso exigatis, et prestari faciatis, ut est moris in talibus; et per ipsum vota, juramenta superius expressa, facta, perfecta et prestita, almi Spiritus | prius gratia invocata, infra quatuor menses, a tempore nostrarum presentium litterarum vobis presentatarum computandos, in Preceptorem et Procuratorem seu Provisorem domorum predictarum de Gevenne et de Sedorff in Christi nomine et ejus beatissime genitricis eligatis; quo preceptore seu Provisore per | nos unanimi consensu sic electo, quia ad vos et monasteria vestra per viarum discrimina, guerrarumque voragi-
nem, ac longinqui itineris perrectionem pro presenti tute accedere non possumus, cum legislator dicat, quod aliquis ad impossibilia (non) obligatur, et alibi, faciat homo quod potest. | In quantum possumus, et de jure valemus, predictum Preceptorem seu Provi-
sorem per nos, deo duce, unanimi consensu eligendum ex nunc, prout ex tunc in Preceptorem seu Procuratorem dictarum domorum de Gevenne et de Sedorff confirmamus, et per presentes confirmatum | pronuntiamus, dantes et concedentes dicto PreceptorI seu Pro-
visorI prefatorum Monasteriorum per nos eligendo, et tunc electo, et per nos, ut premittitur, confirmato, plenam et liberam potesta-
tem, auctoritatem, et mandatum speciale, regendi, gubernandi, et alimentandi unacum | dictorum domorum Magistrabus, predictas do-

mos, sive monasteria et alia loca ad ipsa de Gevenne et Sedorff spectantia, et tam bona temporalia, quam etiam Spiritualia, ac personas utriusque sexus, tam professas quam non professas, nec non omnia alia et singula facere, exercere et gerere, que | circa regimen dictarum domorum ab antiquo spectant et pertinent, et que ceteri predecessores dicti nostri ordinis sancti Lazari consueverunt facere, et que nos faceremus, si ibidem presentes essemus, et generaliter omnia alia et singula, que ad ordinem et religionem dicti Ordinis | S. Lazari fieri spectaut, pertinent et debent; et quod in dictis domibus de Gevenne et de Sedorff religiose seu Magistre ejusdem domus habeant unum jdoneum sacerdotem nostri ordinis per nos eligendum et eisdem tradendum, qui confessiones dictarum dominarum habeat audire, et ipsas | absolvere de peccatis juxta potestatem a deo nobis tributam; Provisô tamen, quod dictus Preceptor, sive Provisor nobis tenebitur, aut Commissario nostro, a nobis super hoc deputato, aut magistrabus dictarum domorum, annis singulis de gestis et administratis compotum, rationem, et reliqua reddere. | Insuper vobis dominabus sive magistrabus predictarum domorum de Gevenne et de Sedorff et cuilibet vestrum damus in mandatis, et sub pena inobedientie districte injungimus, quatenus regulam et ordinem dicti nostri ordinis S. Lazari ad longum teneatis, et secundum ipsum ordinem | in claustris dictarum domorum vivatis, prout et secundum quod sancti Patres in sacris canonibus dictant, et precipiunt fieri, quantum vestra possilitas se ad hec poterit extendi, nisi causa necessitatis vos excuset; quodque secularibus negotiis extra domos predictas, nisi de licentia | dominorum seu magistrorum dictorum domorum, vos nullo modo immittatis, et quod in Ecclesiis seu monasteriis vestris omnibus diebus, precipue festivis, officium divinum exerceatis, cantetis et celebretis. Rursum quod dicte magistre sive domine dictarum domorum de Gevenne et de Sedorf portent | seu defferant velum nigrum honestum in capite, et crucem viridem in nigro palio, in signum humilitatis, obedientie, quia alias non reputarentur de ordine S. Lazari, et quod possent impetrare indulgentias et privilegia, que tamen non derogent nobis, successoribusque nostris, nec ordini nostro, | sed ad utilitatem, honorem et commodum dictarum domorum; vos autem dominas sive magistras ipsarum domorum tam vivas quam defunctas pro defec-tibus et peccatis commissis temporibus retro actis, et aliis defec-

tibus tam propter inobedientiam, quam propter transgressionem religionis seu ordinis | nostri predicti, si quovis modo peccavistis, dum tamen sint de peccatis commissis vere contrite et confesse, vobiscum misericorditer dispensamus, et vos ab ipsis delictis et peccatis commissis auctoritate nostra nobis a sancta sede apostolica concessa et attributa, per presentes absolvimus. | Et ulterius vobis concedimus, quod possitis in capitulo generali statuere et ordinare statuta et ordinationes ad laudem Dei ejusque beatissime genitricis, et ordinis nostri Sancti Lazari, et ad utilitatem dictarum domorum sive locorum. Ceterum quia forsitan singulis annis vacare | non possemus, pluribus arduis negotiis occupati, ad visitandum predictas domos, prout jura dictant; volumus, quod commissarius noster, a nobis super hoc deputatus, habeat tales potestatem sicuti Preceptor ipsarum domorum, visitandi et ordinandi domos et religiosas predictas, | compotaque, rationes et reliqua ipsarum domorum audiendi, confirmandi, approbandi, et reprobandi, si sit opus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum litteris presentibus Sigillum nostrum proprium duximus apponendum. Datum et actum in | domo nostra de Boigniacu Aurelianensis Diocesis, anno domini millesimo quadringentesimo decimo tertio, die octava mensis decembris.¹⁾

49.

1413, 10 Christmonats.²⁾

Universis presentes litteras inspecturis, | Frater Petrus de Ruaux miles humilis, magister generalis totius ordinis militie Sancti Lazari Jerosolimitani citra et ultra mare, Salutem in eo, qui pro redemptione generis humani voluit Jerosolimis crucifigi. Notum facimus, quod nos cupientes monasteriis et religiosis | locis nobis et ordini nostro subjectis, prout nostro incumbit officio, providere de personis utriusque sexus idoneis et honestis, ut ipse salvator noster Jesus Christus ibidem per easdem personas laudabiliter colatur, honoretur et deserviatur; et ita sit, quod loca nostra de Gevenne et de | Sedorff constantiensis Diocesis, obstante pestifero,

¹⁾ Abgedruckt bei Hottinger Specul. helv. Tig. p. 352 — 361, mit unrichtigem Ausstellungsorte und Datum.

²⁾ Mitgetheilt von Herrn Archivar J. Schneller.

scismate et guerrarum voragine, que nostris exigentibus peccatis tam diu in christianitate viguerunt, magistrabus seu provisoribus et administratoribus caruerunt, propter quod dicte domus et alia nostra pia loca dampna non modica, proch | dolor sustinuerunt et sustinent; Idcirco nos dictis domibus, monasteriis, locis et religiosis eorundem locorum providere cupientes, ut tenemur, et que sancti canones dictant, quod persone, quibus aetatis maturitas, morumque gravitas, et litterarum scientia suffragantur, debent presidere in locis | religiosis et aliis, non ut presint, sed ut prosint. Igitur nos audita fama, honestate et conversatione dilectorum magistrarum locorum nostrorum de Gevenne et de Sedorff, ipsas videlicet Agnetem de Gevenne et aliam de Sedorff in magistras nostri ordinis sancti Lazari | expresse professas, tenore presentium eligimus, facimus, constituimus, ordinamus et creamus, atque confirmamus, dantes et concedentes dictis Magistrabus et cuilibet ipsarum per nos, ut premittitur, creatas et confirmatas, plenam potestatem et auctoritatem, ac speciale mandatum regendi | et gubernandi predictas domos de Gevenne et de Sedorff, et ipsarum domorum, fratres, sorores, religiosas, et dictarum domorum bona omnia, nec non recipiendi, admittendi, instituendi in fratres et in sorores tam viros quam mulieres ydoneas ad dictam religionem et ordinem nostrum, | et ab ipsis fratribus et sororibus juramenta, vota professionis yuxta regulas et statuta, et consuetudines canonicas approbatas dicti nostri ordinis et nostre religionis recipiendi, faciendi, exigendi. Et insuper concedimus eisdem magistrabus et sororibus, quod ipse possint eligere confessorem, seu | confessores idoneos de religione nostra, seu alias idoneos sacerdotes de licentia tamen et assensu Preceptorum dictarum domorum, qui eas tam Magistras quam sorores possunt absolvere a peccatis suis, de quibus fuerint confesse et penitentes. Rursum concedimus eisdem sororibus, quod ea, | que ipse tempore scismatis et guerraram male egerunt, fecerunt et excederunt, ut vota, transgressionem religionis transgrediendo, pecando, aut alias committendo, de quibus nos absolvere possumus, eas absolvimus. Rursum concedimus dictis Magistrabus, quod ea, que ipse fecerunt | et ordinaverunt rite et sancte tempore guerrarum et scismatis, rata habuimus et confirmamus. Et cetera omnia et singula faciendi, que alie magistre, Sorores et Provisores predictarum domorum de Gevenne et de Sedorff dicte constantiensis

diocesis faciunt, prestant, et facere et prestare | consueverunt ab antiquo, et quod postulat usus, ordo et consuetudines approbate dictarum domorum sive locorum de Gevenne et de Sedorff ordinis nostri, etiamsi mandatum exigant speciale. Proviso tamen, quod dicte magistre statim post presentium litterarum receptionem jurare tenebuntur | in presentia dictarum Sororum predictarum domorum de Gevenne et de Sedorff reverentiam et honorem et obedientiam nobis et successoribus nostris prestare, nec non jura, usus, consuetudines et observantiam dictarum domorum de Gevenne et de Sedorff qualiter magistra pro domo sua inviolabiliter observare | et custodire, et alia juramenta per magistras dicte domus prestare solita pro posse suo. In quorum etiam et singulorum fidem et testimonium premissorum litteris presentibus sigillum nostrum proprium duximus apponendum. Datum in domo nostra de Boigniac Aurelianensis | diocesis, anno domini M. CCCC. XIII. die decima mensis Decembris.¹⁾

50.

1418, 15 Aprils.²⁾

Wir Anastasia uon der hohen Klingen, uon Gottes Gnaden abbtissin des Gottshuses der Abth Zürich, sant Benedikten Ordens, im Constanzer bischthum gelegen, und wir das Capitul gemeinlich Frauen und herren desselben Gottshuses thund fund und verjehn offenlich mit disem gegenwärtigen brief, das wir mit gemeinem und einheiligm rat und mit guter uorbetrachtung zu nuß und zu fromen unser und des uorgenenten Gottshuses und fürkommen gegen gebresten und künftigen schaden, zwölf schilling

¹⁾ Die Meisterin des St. Lazarus-Ordens in Seedorf, Catharina Bugglin, erschien unterm 3 Aprils 1414 in dem Ordenshause zu Gevenne bei Zürich, und wies im Refectorium daselbst die besiegelten Urschriften der beiden obigen Briefe vor, — mit der Bitte, dieselben mittelst neu gezogener Abschrift beglaubigen zu wollen. Daraufhin vollzog der öffentliche geschworne Notar Johannes Chuon von Stain diesen Act, und bekräftigte denselben mit seinem Monogramm, presentibus dominis Volrico in Swertzenbach, Johanne Basler in Tübendorf, et Walthero Kager in Mure presbyteris, parochialium ecclesiarum Rectoribus, Johanne Geps etiam presbytero, necnon Ruodolfo Oery de Gryffenseuw laico diocesis Constant.

²⁾ Absch. B. VI. 272. b.

pfennigen jährlichß gelds jährlicher gült und den val, so wir und unser gottshus bisher gehabt und genossen haben uf einem gut, das man nennet das rütli in der gebreiten, und uf einem acher am schmidinen feld, zwischen dem bilanfen und dem bächlin nöd der straß, zu Uri in dem land gelegen, mit allen rechten, nutzen und zugehörden, so darzu gehört, eines steten ewigen unwieder-rufenden Kaufs recht und redlich uerkauft und zu kauffen geben haben, der Erheren geistlichen Frauen der Meisterin und dem Convent gemeinlich des Gottshuses zu oberndorf sant Lazarus ordens, zu Ure in dem land gelegen, um fünfzehn pfund urninger gelds, desselben gelds auch wir uon der egenenten Meisterin und dem Convent gänzlich beweret und bezahlt sind, und auch in unse- ren und des uorgenanten unseres Gottshuses schinbaren, guten nutz kommen und bekert ist; und darum so entziehen wir uns aller rechten,forderung und ansprach, so wir old unser nachkom- men, die wir festenlich dazu binden, nach den uorgenanten zwölf schillingen pfennigen gelds und val uf, uon und ab den uorge-schriebenen zwey güteren mit allen rechten, so darzu gehören, in keine wisse iemer gewinnen oder gehaben mögen, denn der uor-genenten Meisterin und dem Convent gemeinlich des vorgenenten Gottshuses und ihrer Nachkommen, mit geistlichen oder mit welt-lichen gerichten old on gericht, oder mit feinen anderen sachen, ohne all geuerde. Wir die vorgenente Alpptissin, und wir das Ca-pitul gemeinlich der Frauen und herren des uorgenenten Gotts-huses loben auch mit guten trüwen für uns und unser nachkom-mende, die uorgeschiessenen zwölf schilling pfennig gelds jährlicher gült, und den val uf, uon und ab den uorgenanten zwey güte-ren mit aller zugehört hinnanhin gegen der obgenanten Meisterin und dem Convent gemeinlich des Gottshuses zu Ure und ihre Nachkommende niemer anzusprechen, noch sie darum bekümmeren, weder mit geistlichen noch weltlichen gerichten, noch mit feinen anderen sachen, wann das die egenenten zwölf schilling pfenni-gen gelds jährlicher gült, und den val uf den zwey beschriebe-nen güteren mit allem recht, so darzu gehöret, uon uns und unsern nachkommen jemer mehr ledig und los syn und bliken soll der uorgenenten Meisterin, dem Convent, ihr nachkommen und gottshus zu Ure, on all uffsez, one irrung uon unser wegen uerblichen. Zu einem offenen waren urkund, so haben wir unser

gemeinen gottshus und Capituls Insigel für uns und all unser
nachkommen öffentlich gehenkt an disen brief, der geben ist zu
mitten apressen, so man zalt von Gottes geburt uierzechen hun-
dert Jahr, darnach im achtzehenden Jahre.

51.

1418, 7 Mai.

Bruder Johannes Schwarber, Presbyter, Praeceptor sive
Commendator ¹⁾ domorum im Gevenn et in Sedorf, ordinis militie
sancti Lazari Hospitalis Hieros., Agnes de Eitlingen im Gevenn,
atque Katherina Buklin in Sedorf, domum predictarum Magistre,
et Conventus ibidem, sezen neue Regeln oder Sazungen ihres
Ordens auf. Dat. Non. Kal. Maii.

Alle 3 Siegel hängen. ²⁾

52.

1443, 13 Mai.

In Nomine Domini amen. Cum vite sue quilibet terminum
prorsus ignoret, et juxta veritatis vocem in Evangelio dicentis:
Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, sane mentis et
salubris consilii | est cuilibet sua novissima memorare, que noscit
disponere bona sua, que dominus noster Jesus Christus dignatus
est elargiri in hoc seculo, ut ad salutem anime et corporis sen-
tiat misericorditer in futurum. Quapropter in mei | notarii publici
et testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et ro-
gatorum presentia, ven. vir Frater Joannes Schwarber, Preceptor
et Commendator monasteriorum seu domorum in Gevenn et in See-
dorf, ordinis | s. Lazari, Constantiensis Diœcesis, volens anime
sue saluti, ut per piacula quisque fidelis tenetur, fideliter prouide-
re, atque cognoscens, quod homo sicut flos egreditur, et fugit
velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet, | sana mente,

¹⁾ Er wurde als solcher feierlich gewählt im Ordenshause zu Gfenn am 17 Apr. 1414. (A. Nüseler, die Lazariterhäuser im Gfenn bei Dübendorf und Schlatt, R. Zürich. p. 11.)

²⁾ Diese lat. Urkunde findet sich auch abschriftlich in dem oft citirten Buche (Bl. 212—223 b.) vor, und auszugweise bei Lang hist. Grundr. I. 774. — Der Geschichtsfreund wird die merkwürdigen Sazungen einmal später bringen.

sensu et intellectu, licet corpore debilis et infirmus, divina sic disponente majestate, nolens tamen intestatus ab hoc migrare seculo, attendens mente perspicaci, quod morte nihil certius, | et hora mortis nihil incertius existit, ac volens, cupiens et affectans de bonis et rebus a Deo sibi collatis et concessis testando disponere, et anime sue salubriter prouidere; idcirco testamentum suum et voluntatem | suam ultimam fecit, condidit, et ordinavit in hunc modum. Inprimis namque jam dictus dominus testator animam suam humiliter et devote altissimo domino creatori cœli et terre ac redemptori suo ejusque matri gloriose | Virgini Marie et curie celesti recommendavit, ut misericors dominus per suam largissimam pietatem sanctorumque suorum omnium intercessionem sibi misericorditer dignetur misereri. Inde ad temporalia descendens, affectans | celestia et eterna terrenis comparare, et felici commercio permutare, ipse Dominus testatur decem florenos Renenses boni auri annui redditus, quos a providis et circumspectis Magistrociuum, consulibus et communitate | oppidi thuricensis, constantiensis diœcesis, pro se et Anna filia sua, et Anna filia fratribus sui, et Cecilia filia patrui sui, Conventualibus domus in gevenn prelibate, dudum realiter emit, prout in litteris | vulgaribus eorundem consulum sigillo communitis latius detinetur. Ita vult, quod prefatis quatuor personis decedentibus, et viam universe carnis ingressis, quod ex tunc quinque floreni annui redditus de prefatis decem florenis cedant in Seedorf, | et perpetuis temporibus omnibus et singulis angariis siue quatuor temporibus anni feria quinta, in Ecclesia et domo ordinis s. Lazari in Seedorf in Ure tres misse subnotatae pro omnibus fidelibus vivis et defunctis, qui in | eorum confraternitate existunt, aut qui suam eleemosynam elargiti fuerint ad dictum monasterium seu ordinem, peragantur; quarum prima erit celebra de sancta trinitate, secunda de gloriosa virgine Dei genitrice Maria, | tertia decantanda pro fidelibus defunctis. Voluit etiam et vult, quod pannus ad hoc competens super sepulchrum extendatur, quatuor candelis ardentibus eidem superlocatis, et quod Vigilie cum Vesperis mortuorum, scilicet | placebo, in suffragium omnium fidelium defunctorum aut cantentur sive legantur; et quod pro Presbyteris ibidem divina celebrantibus cum cibo et potu honestum prandium una cum solutione duorum solidorum hallensium | usualium cuilibet in solidum tribuatur; et si prescripti annui census

ulterius se extendunt, quam expense hujusmodi anniversarii fuerint, totum residuum ordinate obsequetur, et misse comparentur et peragantur hiis presertim | temporibus, cum Presbyterorum copia haberi potuerit. In casu autem, quod absit, quo Conventus et persone domus in Seedorf omnia et singula premissa in toto vel in parte non observarent rataque et constituta minime tenerent, aut in deifica | ordinatione et disciplina regulari seu ordinis observantia se laudabiliter gubernare et tenere nollent; vel si populus terre in Ure bona et res ecclesie seu dicte domus in Seedorf, ac nostro ordini sancti Lazari | distrahere aut mutare, vel cum his alias facere, peragere vel disponere vellet, quam nos disposuimus et ordinauimus faciendum, quomodo cunque et quotiescunque istud ad notitiam Commendatoris et conventus | in dem Gevenne deuenerit, et quod ipsi super hoc documenta probabilia habere potuerint, ita quod eorum conscientia minime gravetur, sed tanquam et veluti executores fideles testamenti prelibati immunes videantur | a crimine, quibus damus et attribuimus presenti scripto plenimodam potestatem in forma meliori, dictos annuos census et redditus quinque florenorum in toto ad eorum utilitatem et usum adhibere, recipere | et imbur sare, et pro ipsorum necessitate, utilitate et commodo uti, foui, et nancisci absque quorumcunque contradictione impedimento. Item voluit et vult prelibatus dominus testator frater Joannes Schwarber | Commendator, quod postquam ipse, ut altissimo placuerit, viam universe carnis fuerit ingressus, et de hac mortali vita decesserit, quod ex tunc prenominate sorores Anna filia sua, Anna filia fratris sui, et | Cecilia filia patrui sui Schwarberin, singulis annis festo sancti Martini Episcopi expedire debeant et teneantur honeste et religiose sorori Catharine an der Matt, claustrali domus in Seedorf | sepe fate, ad dies vite sue duntaxat, et non ulterius, per modum precarie duos florenos renenses boni auri et dapsilis monete, tali adjecta conditione et expresso pacto, cum ipsa soror Catherina ad usum | suum ipsis florenis necessaria fuerit, ipsis uti possit ad votum; sin autem, quod ex ipsis missas celebrandas disponat, aut in alios pios usus et misericordie opera convertat. Super eo dictus dominus testator | ipsius sororis Catharine conscientiam astringendo, prout in districto judicio remunerationem condignam prestolatur. In casu vero, quod jam dictam sororem Catharinam an der Matt post mortem dictorum

domini | Commendatoris testatoris principalis, filie sue, et filiarum patrui sui atque fratris, in humanis superstitem fore contigerit, quod ex tunc ipsa domus et Ecclesia in Seedorf de prespecificatis quinque florenis sibi ordinatis, | testatis et deputatis ipsam sororem Catharina andermatt in modum precarie expediatur de duobus florenis, ut est preexpressum, et pro residuis misse celebrentur. Item voluit et vult prenotatus dominus | testator et Commendator omnia et singula prenarrata fieri, et fideliter observari, dolo et fraude transsumptis, sub pacto expresso, quo in contrarium ageretur, aut fieret tacite vel expresse, aut per interpositas | personas quoquomodo, ea omnia et singula intestata remaneant, et nullius efficacie, roboris aut momenti existant, sed cassa, irrita, et reuocata censeantur. Voluit nihilominus presens nnnocupativum | testamentum seu ultimam suam voluntatem ipse dominus Commendator valere omnibus via, modo, jure et forma, quibus aliquod testamentum, seu ultima voluntas potest valere. Quod si tali modo non potest, | valeat saltem jure codicillorum, vel cuiuscunque alterius ultime voluntatis, qua melius et efficacius potest valere. Super quibus omnibus et singulis idem Frater Joannes Schwarber Commendator | me Notarium publicum infra scriptum instantia debita requisivit, quatenus sibi de premissis unum vel plura, publicum aut publica forma meliori conficerem instrumentum seu instrumenta. Acta fuerunt | hec anno Dominice Nativitatis millesimo, quadragecentesimo, quadragesimo tertio. Indictione sexta, die vero lune tertia decima mensis maji, in cœnobio in Gevenn, ordinis sancti Lazari, | Constantiensis Diœcesis, hora meridiei vel quasi. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini mei Domini Eugenii divina providentia Pape quarti anno tredecimo; presentibus ibidem honorabili viro Domino Jodoco | Chun, presbitero, Capellano altaris beatorum apostolorum in Ecclesia sanctorum Felicis et Regule Prepositure Thuricensis, Joanne Claus de Wangen, Heinrico Zimikon alias Müller de Wangen, et aliis | fide dignis testibus Constantiensis diœcesis pro testimonio premissorum vocatis et rogatis. Et in premissorum uberioris testimonium, prelibatus dominus Commendator et testator suum Sigillum presentibus duxit | appendendum, quod et ego Frater Joannes Schwarber animo deliberato fecisse recognosco, die et hora quibus supra.

Et ego Joannes Fietz, clericus Constantiensis diœcesis, publicus imperiali auctoritate Notarius juratus, dicte legationi et testamenti, ordinationi, dispositioni et nuncupationi, ultime voluntatis que expressioni vive vocis oraculo, omnibusque et singulis premissis tempore et loco prenarratis, dum sic, ut preferatur, fierent et agerentur, una cum prenarratis testibus presens fui, eaque sic fieri vidi et audivi; Idcirco presens publicum instrumentum manu mea subscriptum, et sigillo et prenominati domini Preceptoris et Commendatoris communitum, inde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, et roboraui, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus.

Das niedliche Siegel des Comthurs hängt, und führt die Umschrift: S. Frs. Johs. Swarber. Comedator. Domorv. Sci. Lazari. I. Gevene. Et. Sedorf. (S. artistische Beilage, Tab. II. No. 4.) ¹⁾

53.

1479, 11 Hörn. ²⁾

Sixtus IV. ertheilt einigen Klosterfrauen in der Seldnau und im Gfenn, und etwelchen Laien, die Vergünstigung, daß sie sich einen beliebigen Beichtvater wählen können, der ausgedehnte Vollmachten inne habe.

Der obiger Bulle eingeschaltene Bittbrief enthält (f. 227) nachstehende Namen: Stephanus Nünkilch; Dorothea Bueler, monialis in Selnow ord. Cisterc., et thuricensis professe; Anna et Elisabetha Wetzlin moniales in Gevenne ord. S. Lazari; Agnes Wetzlin; Heinricus Meyer et Anna Bueler ejus uxor; Johannes Bueler et Adelheidis ejus uxor; Rudolphus Sommervogel et ejus uxor; Johannes von Eggeri et ejus uxor, omnes Constantiensis diœcesis.

¹⁾ Bald nach dieser lezwilligen Verordnung scheint der Comthur Schwarber gestorben zu sein, wenigstens wird seiner von da an nicht mehr gedacht. Er war aus Eglisau, und bevor er in den Orden trat, Caplan zu Bülach. A. Rüscheler nennt ihn einen religiösen, vorsichtigen, bescheidenen, im Priesterthum und Alter bestandenen, mit Wissenschaft, Lebenserfahrung und Charakter begabten, und in geistlichen und weltlichen Dingen wohl bewanderten Mann. (a. a. O. p. 11.)

²⁾ Absch. B. Bl. 225 b.

54.

1516, 26 Aprils.

Ennius Philonardus Dei et apostolice sedis gratia Episcopus Verulanus, ad Helvetios magne lige veteris superioris Ale- | mannie sanctissimi Domini nostre Pape, et sedis apostolice cum potestate legati de latere Nuncius; universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in Domino Sempiternam. Licet is de cuius munere venit, ut | sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter deseruiatur, de abundantia sue pietatis, que merita suplicum excedit, et vota bene seruientibus sibi majora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus | desiderantes Domino populum reddere acceptabilem, et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei, quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis atque remissionibus invitamus, ut exinde | reddantur divine gratie aptiores. Hinc est, quod nos devotissimis in hac parte porrectis Suplicationibus inclinati, de omnipotentis Dei misericordia Beatorumque Petri et Pauli apostolorum meritis et intercessi- | onibus confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, contritis et confessis, cum Ecclesias in Gevenn et Seedorf, Constantiensis diœcesis, in domibus ordinis s. Lazari | Episcopi Jerosolomitani a domino nostro Jesu Christo resuscitatis, quadragesimalibus et aliis temporibus, et diebus stationum urbis Rome a mane usque ad Vespertas infra divinorum officiorum so- | lemnia devote visitaverint, ac orationes suas seriosius effuderint, et predictarum Ecclesiarum fabricis secundum eorum facultates, prout Deus in corda eorum immiserit, contribuerint, et alias manus | porrexerint adjutrices, aliaque pietatis opera fecerint et exercuerint, ibidem tot et similes indulgentias, et pecatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, si singulis diebus eisdem | singulas dicte urbis et omnes etiam Ecclesias, que a Christi fidelibus propter stationes hujusmodi visitari solent, personaliter visitarent, auctoritate apostolica, qua per litteras apostolice sedis sufficiente facultate muniti | fungimur in hac parte, tenore presentium misericorditer in Domino concedimus et elargimur; presentibus toto nostre legationis tempore valiturs. In quorum fide presentes fieri et nostri sigilli | jussimus appensione muniri. Datum Turegi, dicte constantiensis diœcesis, anno Incarnationis divine

millesimo Quingentesimo decimo sexto, 6. Cal. maij, Pontificatus sanctissimi Domini nostri | Domini Leonis Pape decimi anno quarto.

Der Brief dieses päpstlichen Sendboten ist nur noch beglaubiget vorhanden (Dat. 2 Mai 1516.) durch den geschworenen Notar und Schreiber der Propsteikirche zu Zürich, Priester Sigfried Luterwijn von Breisach, welcher im Namen des päpstlichen Protonotars und Chorherrn daselbst, Heinrich Uttinger, handelte. Zeugen: Nicolaus Bachoffen Chorherr des Großmünsters, und Johannes von der hl. Cäcilia, der Physik und Arzneikunde Lehrer.

Das Siegel des Protonotars hängt noch zur Hälfte.

55.

1516, 19 Augsttm.

Nos frater Joannes Koller de Winterthur, divina miseratione Commendator ac Preceptor | monasteriorum in Gevenn et Seedorf ordinis militie s. Lazari Constantiensis diœcesis, dilectis | nobis in Christo religiosis Magistre et Conventui, ac sororibus Domus in Seedorf dictorum ordinis et diœcesis | salutem in Domino. Decens et debitum arbitramur, ut in omnibus, que respiciunt profectum animarum, simus | assidue liberales. Hac igitur consideratione induti presertim, quia propter diuersarum discrimina viarum, et alia | incommoda vos continuo visitare non possumus, charitati vestre per presentes concedimus, et indulgemus, ut | presbyteros religiosos vel seculares idoneos, qui sua exercere possunt officia, eligere positis in Confesso- | res, qui peccatis vestris auditis, pro modo culpe penitentias et absolutionis beneficium vobis et cuilibet vestrūm, toti- | ens quotiens opus fuerit, indulgere et impertire valeant usque ad nostram reuocationem, casibūs duntaxat | nobis reservatis exceptis. In quorum fidem, testimonium et robur sigillum nostrum presentibus jussimus appen- | dendum. Anno Domini 1516. xiv. Cal. Septembbris.

Das Siegel hängt.

56.

1517, 11 Herbsttm.

Unser in Gott gruß. Liebe Frau meisterinn, und Convent schwesteren! halttet | euch freundlich mit einanderen; so werden wir auch unser Bestes thun. | liebe Frauen! wir haben herren Heinrich zu sant Jacob uollen gewalt geben mit euch | deren Glaseren halb mit ir witter zu handlen nach ordens recht, | nach

harmherzigkeit, als wir auch gehrn than hätten, wo wir den
schlüssel hätten können inherr schiken; und ligt euch etwas an,
lasset es mich beh disem hotten wissen; uns wunderet auch in-
sonders, wie es um die Frau Niderhoferin steht, und um euch al.

Nicht mehr, den Gott spar euch gesund, und in seiner hulde.

Gen Felix und regule im 1517 iar, von uns herr com-
mentheur der Gotteshäuseren Gefenn und Seedorf.
Euer in Gott auch Dienner.

Aplas halb der Station, laß ich euch wissen, das dieselb aus
ist. Der legat ist enweg, ir habet aber für euch selbst denselbigen,
noch darum land ihn nicht uerkünden.

57.

1518, 15 Heum.


Frater Joannes Koller, Commendator domorum in Gevenn et
Seedorf, Bullam Urbani IV. de 1 Nov. 1262. Sigilli impressione
corroborat. Dat. in die sancte Margarite Virg. et Mart. in domo
et sede nostra Gevenn.

Das Siegel hängt.






1272, 13 Aprils.



Burgruine Neu-Habsburg, von Süden.



1404, 20 Brachm.



1300 m auf der Höhe der Burgmauer.



1289, 28 Janers.



1443, 13 Mai.